

TOMI TEXTVS PARMENIDIS ET IN HVNC LIBRVM COMMENTARIA DIGESTA ET ANNOTATIONIBVS DIGRESSIONIBVSQ; ILLVSTRATA AC ILLVSTRISSIMO FEDERICO GONZAGAE MARCHIONI BOZOLI DICATA PER REVERENDVM SACRAE THEOLOGIE DOCTOREM AC EPM LAMOCENSEM ET SVFFRAGANEVM MANTVANVM AMBROSIV PAR THENOPEVM.

Index principalium sententiarum: quę hoc in libro continentur.

3

Bonum et aequale ipsi uno Cap. 20. par. vlt. in digr.

Boni esse aeque ipsi vno Capo. 20. par. vlta. i digr.

3.

Elementa illa duo finitum et infinitum an sint 2m se ab omni subiecto separata. Cap. 12. part. 2ta

Ens a Parmenide dici finitum Cap.o 2o. part. a prima in digres.

Ens unum et immobile quo sensu dictum sit. Cap.o 2o. par. 1a in digres.

Ens esse immobile probatur Cap.o 1o. part. 1a in digres.

Ens omne esse unum ratione Zenonis probatur Cap.o 2o. par. 2a.

Ens omne esse unum quo sensu a Parme. asserat. Cap.o 2o. par. 3a.

Entis participatio triplex. Cap.o 2do. par. ultima.

Entis ratio est alia a ratione unius. Cap.o 2do. par. ultima in digres.

Ens tantum id dici: quod formam habitum, actionemque possidet. Cap.o 2do. par. ulta in digress. Ens est aliquid non entis particeps. Cap.o 37. par. ulta.

Ens omne esse quoddam totum. Cap.o 2do. par. ulta. in digress.

Ens esse inferius uno uerbis Platonis probatur. Cap. xy. in digress.

Entis ratio differt a ratione unius. Cap.o xy. part. p.a

Entes unum dici omnia. Cap.o xy. par. prima

Ens universum non esse omnino unum: neque omnino multa probatur. Cap.o 12. par. 1a

Ens universum, et multa esse et unum concluditur Cap.o 12. in digres. part. prima in digressione.

Ens unum est maxime unum formale Cap.o xy. part. p.a in digres.

Ens quatenus simpliciter est ab uno, sortitur essentiam, quatenus uero procedendo existit ab illo: alteritatem nanciscatur, atque motum. Cap.o xiy. par. p.a

Entis rationem aliam esse ab unius ratione, quare ubi unius Cap. xiy. par. prima

Ens primum quid 2m Speusippum. Cap. 17. par. 2da.

Ens unum dicitur totum intelligibilium genus. Cap. 18. par. p.a

Ens componi ex esse et essentia. Cap. 18. par. 2a.

Ens proprie id dici in quo essentia atque esse distinguuntur. Cap.o 18. par. 2a.

Entitas ratio est entis formalis. Cap.o 18. par. ulta.

Ens unum quid Cap. 21. par. ultima. Epicuri prouidentiam abnegantis deliratio ac ratio. cap. 8. par. ya.

Equalitatis ideam ad omnia concurrere. Cap.o 3. par. 2da.

Equalitatem esse rationem essendi omnibus. Cap.o 3. par. yda.

Ideas seorsum a participantibus existere. Cap.o 4. par.la pa.

Ideas ee in participes quiditates. Cap.o iiij.o par.la pa.

Idee quibus modis a materia participentur. Cap.o iiij.o par.la pa.

Idee per officia supercoelestium Celestium et subcoelestium perueniunt in materiam
Cap.o iiij.o par.la pa.

Idee et ideato nulla e communis ro. Cap.o iiij.o par.la pa.

Idea quid sit. Cap.o iiij.o par.la 2da.

Ideas non ee singularium, quatenus singularia sunt. 2m procul. Cap. iiij.a par.la 2a.

Idea duplicter posse intelligi: vz ut est ro: et ut e exemplar in digressione.
Cap.o iiij.o par.la 2da in digressione.

Ideas non ee partium proprias. Cap.o iiij.o par.la 3da in digressione.

Ideas non ee vilissimorum. Cap.o 4.o par.la iij.a

Idee an sint scientiarum et moralium virtutum. Cap.o iiij.o par.la 3.a in digressione.

Idee quomodo participentur. Cap.o 5.o par.la pa. 2a. etc.

Ideam non participari partibiliter: ut calor a subiecto. Cap. 5. par.la 3a.

Ideas ee omnino magnitudinis mortes impar.bes Cap.o 5.o par.la iiij.ta

Idee sunt ab omni diuisione loco motu tempore absolute. Cap.o 6. par.la 2da.

Ideata in quibus conueniant cum eorum ideis. Cap.o 6. par.la 2da.

Idee non sunt intelligentie quedam intellectus diuini: sed obiecta species viris seq.
illius nales: circa quas intelligentia eius uersatur. Cap.o 6. par.la iiij.ta

Ideas non ee intelligentias firmam predicatione probatur. Cap.o 6. par.la 5.ta

Idealis proprietas per identitatem in tota serie sibi succedentem distribuitur Cap.o
6. par.la 5.ta

Idee lunaris virtutes per lunarem ideam ibi vigentes omnes quidem in lunam
quodammodo discendunt. In demones uero lunares similiter non oes etc.
Cap.o iij.o par.a 5.ta

Ideas in rerum natura existere. Cap.o 6. par.la 6.a

Idee quomodo participentur. Cap.o 6. par.la vij.a

Ideas suis ideatis non ee similes. Cap.o 6. par.la ultima et 7.

Ideata sint similia suis ideis non tamen remeat. Cap.o 6. par.a vlt.a

Ideas ee necessarias ad generationem scientiarum in nobis. Cap.o 9. par.la pa. digres. 3a.

Mensurã motus et quietis non eẽ eadẽ. Cap.^{o} 30. par.^{la} p.^{a}

Mediũ necessario eẽ inter oppositos motus. Cap.^{o} 30. par.^{la} p.^{a}

Motus localis an sit in aĩa. Cap.^{o} 30. par.^{la} 2.^{da}

Motus aĩe diuersificantur a corporis motibus. Cap.^{o} 30. par.^{la} vlt.^{a}

Motuũ oppositorũ nullus fit indiuiduo sup tps exñte. Cap.^{o} 31. par.^{la} p.^{a}

Motuũ oppositorũ nullus fit in ipõ indiuiduo, qd est ^{a} tps. Cap.^{o} 31. par.^{la} vlt.^{a}

Multitudo quomodo se habeat ad vnũ. Cap.^{o} 33. par.^{la} 2.^{da}

Mundus Intelligibilis ẽ actu vniformis virtute aũt ẽ oĩformis. Cap.^{o} 34. par.^{la} ^{a}

Mutatio dr̃ improprie motus. Cap.^{o} 31. par.^{la} p.^{a}

Multitudinẽ nullã eẽ oĩoumius expte. Cap.^{o} 33. par.^{la} p.^{a}

Motus entis ẽ omnis operatio eius et exitus ipius eẽ ab ea. Cap.^{o} 14. par.^{a} p.^{a}

Motus quomodo oriatur. Cap.^{o} 14. par.^{la} p.^{a}

Motus emicat in primo ente atq3 tempus. Cap.^{o} 26. par.^{la} p.^{a}

Motus in aĩa quis, et quotuplex. in dig.^{m} an̄ caput et 9.^{m}

Mouetur nihil ea rõne, quia quiescit. Cap.^{o} 30. par.^{la} 2.^{da}

Motus mensura alia est a mensura quietis. Cap.^{o} 30. par.^{la} p.^{a}

Motus eẽ in tempore. Cap.^{o} 29. par.^{la} 2.^{a} Cap.^{o} 30. par.^{la} 2.^{a} et vlt.^{a}

Moueri quid. Cap.^{o} 16. par.^{la} vlt.^{a} Motũ in aĩa eẽ actionẽ in corpore aũt passionẽ euadere. Cap.^{o} 6. par.^{a} p.^{a}

Motus quid in primo ente. Cap.^{o} xvj. par.^{la} 2.^{da}

Motus Alterationis in aĩa quis. Cap.^{o} xvj. par.^{la} 2.^{da}

Multitudo pura vnitatis jmparticeps si eẽt oĩa eẽnt similia et dissimilia Cap.^{o} 2.^{o} par.^{la} vj.^{da}

Multitudinem omnem ad aliquã vnitatẽ reduci. Cap.^{o} vj. par.^{la} 3.^{a}

Multitudo quelibet ad propriã redigit vnitatẽ. Cap.^{o} xv. in Digres.

Multitudinẽ eẽ omnino vnius imparticipẽ impos.^{le} est. Cap.^{o} xv. par.^{la} p.^{a} in dig.^{m}

Multitudo an sit opposita vni. Cap.^{o} xv. par.^{la} p.^{a} et par.^{la} 3.^{a}

Multa et vnum an sint in ente vno penitus segregata an ad inuicẽ commixta. Cap.^{o} xv. par.^{la} p.^{a} in Digressione

Multitudo est vniuersalius qd q3 totũ parti(s). Cap.^{o} xv. par.^{la} vj.^{da}

Multitudo ea, que de ipõ vno negatur, que sit. Cap.^{o} xvj. par.^{la} p.^{a}

Vacuum nihil est. Sext. Â... Cap.o 1. par.la p.a in digressione

Veritatem non intelligi sine aequalitate. Cap.o 3.o par.la 3.a

Veritas sincera quid. Cap.o viij. par.la 1.a in digressione p.a

Veritatem sinceram non esse a sensibilibus, et persona... Cap.o 9.
par.la p.a in digres. p.a

Veritatis cognoscendae modi plures. Cap.o 9. par.la p.a digres.

Veritates eternae quid. Cap.o 9. par.la p.a digres. 2.da

Veritatem incommutabilem esse Deum. Cap.o 9. par.la p.a digres. 2.da

Veritas in quadratione, et congruitate ad ideam consistit. Cap. 9. par. p.
digressione tertia. Velissimorum an sit idea. Cap. iiij. par.a 3.a

Virtutes omnes in aequalitate fundari. Cap.o 3.o par.la ij.a

Vniversum tripliciter dici. Cap.o 2.o par.la p.a in Annotationibus

Vnum duplex est participes et imparticeps. Cap.o 2.do par.la ult.a

Vnum particeps est triplex. Cap.o ij.o par.la ult.a

Vnum est eminentius ente. Cap.o ij.o par.la ult.a in digres.

Vnum aequale esse ipsi bono. Cap.o ij.do par.la ult.a

Vnitates ideales non confundi, et si sensibilia confundantur. Cap. 3. par.ma 2.a

Vnum esse multa. Cap. 3.o par.la 3.a

Vnum actu esse multa potentia. Cap.o 3. par.a iiij.ta

Vniversale a nostra intelligentia fieri. Cap.o 6. par.la p.a et 2.da

Vnum non esse quod sensu attingimus secundum Augustinum. Cap.o 9. par.la p.a digr. 2.a

Vniversalia a nobis inquisita ubi sint, et qualia. Cap.o 9. par.la 1.a digr. 3.a

Vnum esse ente eminentius verbis Platonis probatur. Cap.o xij. in digres.

Vnum ens esse omnia. Cap. xij. par.la p.a

Vnum si est: non erit multa. Cap.o 12. par.la p.a

Vnum esse superius ente, non quidem praedicatione, sed causalitate. Cap. 12. par.la 1.a

Vnum vere esse impartibile omnino. Cap.o 12. par.la p.a

Vnum ipsum non esse nomen ab ... factum, sed rerum omnium principium. Cap. 12. par.la p.a

Vnum esse omnium rerum principium. Cap.o xij. par.la ... in digres.

Vnum ens simul tangere, et tangi. Cap. 24. par.la prima

Virtus sup. 10 ... agit, et unitas ... Cap. 8. par.la 2.a

Unũ ens ceteris idem eẽ, atq3 alterum. Cap. 12. par.a ultima.

Unione fit, et seruatur unũquodq3. Cap.o xij. par.a p.a in digres.

Uni oppositum est non unum, quod graece dr̃ uden. Cap. 12. par.la p.a in digr.

Unum formale et unum formabile quomodo differant. Cap.o 12. par.la p.a in digr.

Unum ipm nõ eẽ totum. Cap. 12. par.la 3.a

Unum ipm non eẽ principium, mediũ, et finem. Cap. 12. par.la iiij.ta

Unum ipm eẽ infinitum omnimodq3 fine. Cap.o xij. par.a 5.a

Unum ipm nõ eẽ figurã aliquã figuratum. Cap.o xij. par.a ult.a

Unum ipm nusq3 eẽ. Cap. 13. par.la p.a

Unum ipm eẽ omnino incomprehensibile. Cap. 13. par.la p.a

Unum neq3 moueri, neq3 stare. Cap. 13. par.la 2.da

Uni aufert Proclus actionem. Cap. 13. par.la ij.a

Unum ipm nec circulariter neq3 recte moueri. Cap. 13. par.la iij.a

Unum ipm non stare. Cap. 13. par.la ult.a

Unum ipm nec alterum eẽ sibi, neq3 idẽ alijs. Cap. 14. par.la p.a

Unum ipm nec idẽ eẽ sibi, neq3 alijs. par.la 2.a

Unum eẽ eminentius ente. Cap.o 14. par.la p.a

Unum non eẽ ab alijs alterũ. Cap.o xiiij. par.la 3.a

Unum ipm nõ eẽ sibi ipsi idẽ. Cap. 14. par.la ult.a

Unius rõ est alia ab identitatis rõne. Cap. 14. par.la ult.a

Unum ipm nõ eẽ sibi ipsi simile, uel alteri. Cap.o 15. par.la p.a

Unum ipm nõ eẽ uel sibi uel alteri dissimile. Cap.o 15. par.la [illegible]

Unum ipm nulli sit aequale, uel inaequale. Cap. 15. par.la 3.a et 4.ta

Unius rõ e alia ab aequalitatis rõne. Cap.o 15. par.la ult.a

Unum ipm nõ eẽ aliq antiquius uel iunius, uel illi coetaneũ. Cap. 16. par.a p.a

Unum ipsum eẽ super aeternitatẽ, et tps et motũ, nec ulla rõne eẽ in tempore. Cap. 16. par.a ult.a

Unũ ipm eẽ sup tempus, et quare eius conditiones effugiat. Cap. 17. par.la p.a

Unum ipm nõ eẽ particeps essentie, nec ipm essentia, nec ipm eẽ, sed longe superius. Cap. xvij. par.la ij.a

Unum ens quia est idẽ et alterũ sibi et alijs, io ẽ simile et dissi. sibi et alijs. Cap. 5.

Digressiones tresdeci huic comentario additę hę sut

FRATRIS AMBROSII AVGVSTINIANÆ FAMILIĘ AC EPISCOPI LAMOCENSIS, ET SVFFRAGANEI MANTVANI AD ILLVSTRISSIMVM FEDERICVM GONZAGAM MARCHIONEM BOZOLI, ET CHRISTIANISSIMI FRANCISCI GALLIARVM REGIS CAPITANEVM FIDISSIMV̄, INVICTISSIMVMQ; PRĘFATIO IN PARMENIDIS COMMENTARIA.

SI CVI AB INEVNTE ĘTATE ITA INHĘSI, ut addicerem me totum ueluti Ridicę cuidam firmiori tu is es Illustrissime Federice, ac princeps semper inuicte. Sit enim hæc tui præfatio uerissima. Ad quem in angustiis meis rebus censui diffugiendum perpetuo. Ne in huius uitę fluctibus; ac lubrico constitutus animi egritudine, a rationis rectitudine abirem longius. Tu uero rerum diuturniore usu prudentissimus me clementissime amplexatus, perinde ac fratrē es nullo unq; incōmodo reclinato. Nec id consiliis modo eminentissimis, fidissimisq;, sed opera quoq; uel amplissima: ut tuę pietatis ædes nunq̄ mihi occlusas senserim. Nec illud omittendum duxi, quibus me semper tum apud omnes, tum apud Christianissimū Serenissimumq; Galliarum Regem Franciscum primū laudibus etiamq; ultra meriti rōnem extollendum sis arbitratus. Quę quidem sunt mentis prope diuinę germina, reminiscentisq;. Quid nam uicturi gignimur. Ordo quis datus. Quam obrem immensa sunt (quæ tibi a me hoc nomine debeantur. Nec aliud fere solicitius, aut anxie magis diu perpendi: q̄ ut rationem inirē

aliquam: quę tibi et si non gratissimum (qđ mei calculi modus non patitur.) at non ingratum omnino præmonstraret saltem. Verum omnem (qđ aiũt) funiculum, mouenti illud se demum nostræ obtulit imbecillitati: ut hisce commentatiunculis nostris (quas in Parmenidem euigilauimus, si modo tantæ rerum excellentiæ futuræ pares sunt) nomen clarissimum tuum, mihi nunq̃ non uice quidam numinis habitum, imperpetuitatis memoriam darem. Vt ubicunq; latinæ linguæ sonus fuerit nõ infrequens, mortales intelligant uniuersi q̃ clementer, q̃q; officiosissime mecum egeris: q̃q; hoc uno nomine tuæ excellentiæ debeam, si uolo is esse: qui ut essem adnixus perpetuo sum. Tue uero partes erunt Clarissime Federice, que pro uirili offerimus, lętiore fronte excipe. Tenuia quidem hec sunt: sed beneficia te non fęnerari certe scio. Immensa fateor sunt, quę inde tibi debent: insita uero imbecillitate pauca, uel prorsum nulla præstare queo. Quid ergo faciam? In hoc diuerticulum reclinabo, ut procliue saltem (nec opinor ingenerosum) animi propositum tibi ingerã: inq; memoriam cæteris dabo. Et (qđ ille apud Senecam facit) ipsum me oblatum uoluerim, etiam, atq; etiam comprecatus munus istius modi (qualecunq; id sit) boni consulas: putesq; cęteros, et si amplissima contribuunt, plura tamen multo sibi relinquere. Qui uero me ipsum tibi tradidi: reliqui mihi feci nihil. V A L E.

Ad Lectorem

Vuat nunc mi Lector candide te alloqui: tueq occurrere opinioni: quem insigniter admiraturum haud ambigo: qd Platonica musea spatiatus frequenter in nobilis Platonici uireta diuertam: ita ut nulla non pagina eius doctrina perinde ac legittimi platonici sacrum agnoscar uenerari. Delector siquide summopere huius eruditione: quem cerno diuinum aurum; hoc est sapientiam: in Platonis sinu reconditum mundissimo intuitu. Sed quoniam id cerneba nescio quibus obductum, conuelatumq ambagibus. Ideo illud expurgare sæpius excoctu statui: ut plane pustullatum fieret, ac obrizu: defecatissimumq. Sequar Platonicos ueteres, nostrosq Theologos: quibus explanatoribus cuncto terrarum orbi illuxit inenarrabilis platonicę sapientię amplitudo: atq maiestas. Ego aut et si existime uoculis meis uel indisertissimis platone ab ijs elucidatu, minime indigere: tame ob quosda huius Thesauri incuriosos, has nostras anotationes addidi: Ne illud spernere aut de cętero improbare audeant. Tu uero simodo candidus es, uespertilionibus ijs sub diuo platonis lumine cecutientibus interi consules: ne luce hanc hominibus salutare incusent. Sed ipam suo mor diffugiant potius: atq (ut par est) in diuino lumie assidue delitescant. Vale.

Argumentum Marsilii in Parmenidem de uno rerum omnium principio.

Vm Plato per omnes eius dialogos totius sapientie semina sparserit: in libris de Rep.ca cuncta moralis philosophie instituta collegit: omnem naturaliu rerum scientiam in Timęo: uniuersa in parmenide complexus est theologia: cumq in alijs longo interuallo cęteros philosophos antecesserit i hoc tande seipm supasse uidetur: et ex diuine mentis aditis intimoq philosophię sacrario celeste hoc opus diuinitus deprompsisse. Ad cuius sacra lectionem quisqs accedet: prius sobrietate animi, mentisq libertate se preparet: q attrectar misteria celestis operis audeat. Hic. n. diuus Plato de ipo uno subtilissime

disputat: quemadmodū ipm unum rerum omnium principiū est: super oīa, omniaq; ab illo. Quo pacto ipm extra oīa sit: et in omnibus, omniaq; ex illo, per illud atq; ad illud: At huius qd super essentiā est, unius intelligentiam gradatim ascendit. Unū quippe in triplici ordine reperit: In ijs que fluunt, atq; sensibus subijciuntur: et sensibilia nominantur. In ijs et que semp eadē sunt: et intelligibilia nuncupantur, non sensibus amplius, sed sola mente percipienda. Nec in ijs tm: uerū etiā supra sensū et sensibilia, intellectuq; et intelligibilia ipm unū existit. Quaobrē hoc in dialogo Zenon eleates primo parmenidis pythagorici discipulus unū esse in sensibilibus probat, ostendens q, si hec multa eēnt: nullo modo unius nā participantia, errores plurimi sequerent: Deinde Socrates Zenoni nō repugnans quidē, sed eū altius eleuans, ad considerationē unius et unitatū, que in rebus intelligibilibus insūt, perducit: ne in hō uno, qd sensibilibus īest, moretur. Ex hō igitur ad ideas inuestigandas perueniunt: in quibus rerum unitates consistit: postremo parmenides ipe senior haud quaquā Socrati contradicens, sed incohatā contemplationē eius absoluens, integram idearum explicat rationē. Ubi quatuor de ideis questiones inducit: primo utrū sint: secundo quorum idee sint et quorum minime. Tertio quales sit, quāue uim hēant: quarto quomodo ab ijs que infra se sūt, participant: hinc iā ad unū: qd super intelligibilia et ideas existit: ascendit ipe, nouemq; de illo suppositiones adducit. Quinque si unū sit, quatuor: si non sit unū, querens qd utrinq; sequatur: he uero suppositiones a triplici unius et duplici ipius nō esse partitione ducuntur. Unū quippe triplex super eē: in eē: post eē, repertū. Ipm uō non eē gemine considerationi subijcit: Aut enim nullo modo eē, aut partim eē: parti nō eē quis cogitat: prima itaq; suppositio tractat, si unū super eē existit, quid circa illud ad ipm et ad alia sequit. Secunda, si unū cū eē ē, quomodo se habet ad se ipm atq; ad alia. Tertia, si unū sub eē ponit quid illi ad seipm aliaq; contingit. Quarta, si unū super eē consistit, quomodo se hēnt alia et ad se et ad unū. Quinta, si est illud unū, qd cū eē locat, quid alijs ad se et ad illud accidit. Sexta, si nō ē unū, ita ut parti sit, parti minime sit, qua se rōne ad sese et ad aliā hēat. Septima, si non est unū, ita ut nullo

modo sit, quo pacto se habet ad seipsum atque ad alia. Octaua, si non est unum ita: ut partim sit: partim non sit, quid aliis ad se, et ad illud eueniat. Nona, si non est unum: ita ut nullo modo sit. quid alia ad sese et ad illud denique patiantur. In iis omnibus generatim intendit parmenides potissimum hoc asserere quod unum omnium principium sit, eoque posito ponantur omnia. sublato autem, interimantur. Itaque in primis quinque suppositionibus quinque rerum gradus posito uno in rerum ordine tradit. In quatuor uero sequentibus inquirit quot absurda quot errores: quantaque mala ipso uno sublato sequatur. Prima ex quinque superioribus de uno supremoque deo disserit: quomodo procreat disponitque deorum sequentium ordines. Secunda de singulis deorum ordinibus: quo pacto ab ipso deo proficiscuntur. Tertia de diuinis animis. Quarta de iis que circa materiam fiunt: quomodo a supernis causis producuntur. Quinta de materia prima quemadmodum suapte natura specierum est expers, et a primo uno dependet. Illud insuper aduertendum est, quod in hoc dialogo cum dicitur unum pythagoreorum more queque substantia a materia penitus absoluta significari potest: ut deus: mens: anima. Cum uero dicitur aliud et alia: tam materiam quam illa que in materia fiunt, intelligere licet. His ergo premissis atque seruatis ad ipsum dialogum ueniamus.

Digressio prima de libri huius materia, atque forma.

Voniam uero materiam libri huius Platonicus nobilis in argumento suo paucis attigit: altius, generosiusque excitemus animum ne rei huius inscitie caligine circumfusi lapsitemus. Querendum itaque [illegible] liqua sit huius libri materia? Principio respondenti Marsilio materiam huius esse unum ipsum quod est rerum omnium principium: asseuerantique hic agi de eo, quatenus sit super omnia exaltatum; omniaque ab illo pendeant: sitque ex omnia, et in omnibus: omniaque ex illo, per illud, et ad illud reducantur. Vir omni ex parte excellentissimus Jo: Picus Comes Miran. in libro de ente et uno ca. 2° obiicit dicens hunc dogmaticum non esse: quippe, qui totus nihil aliud sit quam dialetica exercitatio. Quod si aduersus hanc sententiam platonis interpretes in iudicium uocabimus: eos cunctos reiicit,

arcetq dicens nullas extare magis et arbitrarias, et uiolentas enarratioes,
q̄ que ab illis afferuntur: qui sic parmenidē platonis interptari uoluerūt.
Hoc aūt ex lr̄a hac tatū colligit dicens. Ipam inspiciamus dialogi seriē:
quid ordiatur: quo tendat: quid promittat: quid exequatur? Porro ita se hȝ.
cū ab ea disputatione unum ne sint omnia an sint multa que sunt: Socrates
ad ideas diuertisset, multaq super his a parmenide sciscitaretur. Respondet
parmenides placere sibi impetū illū: propensionēq animi ad res altissimas defi
niendas: ceterū collige inquit te ipm diligentiusq te dū iuuenis es, in ea fa
cultate exerce: que inutilis multis uidetur. unde ab illis nugacitas siue gar
rulitas nuncupata alioquin ueritas te fugiet. Confessū aūt apud omnes quod
et sequentia manifestant. Per hec uerba ab illo dialecticā significari. Postque
cū ita parmenidē Socrates interroget quis exercitationis huius modus est par
menides? respondet ille primo eum ēē quē a Zenone audierat tū particularius
de hac re docens admonet ut perspicaci solertia circumspiciat nō solū quid conseqt̄
si res aliqua sit: sed et quid consequatur si non sit: tū uideat: quid consequat̄
rē illā quā ēē aut nō ēē ponimus ut se respicit ut alia: quid itē alia ut se ut
illā respiciunt et cū plura ille in hac sententiā. Tū socrates ita. Arduū opus
affers nec te omnino intelligo. Sed cur ipe aliquid non ponis atq isto quē probas
modo pertractas: quo mihi dilucidior huius rei fiat intellectus? respondet par
menides hoc sibi seni esse laboriosū. Deniq Zeno faciendū hoc dicit ēē parme
nidi quando in paucorū conuentu est alioqui parū decorū ait huiusmodi quedā
in celibritate multorū tractari a sene: qm quotusqsq nouerit tractationē huius
modi et euagationē ad ueritatē adipiscendā ēē necessariā faciunt uel hec uerba
Zenonis plenā fidē eius qd diximus. qd. n. parmenides tractaturus est. Tale
ē si credimus Zenoni ut non sit palā in multorū concessu a sene tractandum
at sicut illi uolunt de diuinis ordinibus de primo rerū omniū principio agit
q tractatio seni congruentior aut erubescenda minus? sed citra oēm est contro
uersiā: nisi nos ipos uelimus fallerē. Id circa quod uersaturus erat parmenides
dialeticum ēē negociū neq aliud ab eo. Socrates postulauerat. Id aūt iuuenilis
potius q̄ senilis officij Zeno indicauerat. Quibus et testimonijs si nō credimus

ipsum percurramus dialogū. Videbimusq nusq aliquid affirmari. Sed ubiq solū queri hoc si sit: Quid consequet᷑. Quid itē si non sit. Occasionem autem suæ sententiæ de ente et uno hinc achademici aucupati sunt. Q prima positione hoc se problemate exercet ut uideat si omnia sint unum quidnā consequatur respondetq futurꝝ ut illud unū quod eē ponimus sit impertibile sit infinitū nusq sit et cū id genus multa enumeret affert et hoc inter aliā. Futurꝝ. s. ut illud unū non sit ens. Attende aūt etiā si hæc dialetica non sit exercitatio. Sed de ente unoq dogma tradat᷑: q̄tū hæc differant: asserere. s. unū super ens eē et hoc asserere futurꝝ ut si omnia sint unum: illud unum ens non sit. Nos uō animaduertentes platonem pythagoram immitari solitū qui diuina mysteria figuris, in uolucrisq obtegebat, et sapientiam suā contra sophistarꝝ iactantiā modestē dissimulabat: Iocabatur serio: et studiosissime ludebat, dicimus cū siariano Plutarcho atq Marsilio Platonē in parmenidē sub ludo q̄dā dialetico, et quasi logico excitaturo uꝫ ingenium ad diuina dogmata, passim theologica multa significasse. Mos. n. horꝝ hic fuit, plures inuicē materias, partim morꝫ n̄rē, partī rōnē q̄rē oportunē miscer᷑. Itaq in phędro conflat cū Theologiā oratoriā ac poesim. In Thimęo physicis inserit mathematicā. Disserendi artē cū diuinis, uel ēt cū moralibus sępē coniungit. Diuisiuā quidē et diffinitiuā in philebo et polytico atq sophistē. Demonstratiuā in parmenide simili᷑ copulat cū diuinis. Ne forte si sola logica tradiderit rudimenta, tāq̄ pedagogus quidā erudir᷑ pueros uideatur. Ea pp sic demonstratiua ars diuisiuā et diffinitiuā antecellit tāq̄ finis: ita eā in m̄a quadā diuiniore traditā arbitram᷑. Est aūt hęc m̄a theologica plurimū forma aūt logica pręcipue. Hinc Aristoteles, platonē imitatus Theologiā in 6°. de Rep.ca sub dialetico nominē designantē, dialeticā sūmā miscuit cū diuinis. Absconsi ōnis m̄ę talis sub logico uelamine rōnem alias reddidimus, dicentes hoc pythagorā, pythagoreosq omnes iō fecisse; ne diuinorꝫ secreta ad indignos homines peruenirent. Quod et principes religionis n̄rę fecerūt, dū diuina uerborꝫ

uelaminibus contexerunt. Quibus et prophanæ libri pleni sūt, imo et Euā-
gelia cuncta allegoriis, relationibus, translationibus, suspectionibusqꝫ plena
sunt. Vn̄ et dn̄s inhibuit Margaritā (qua regnū dei figurat) ante porcos
proiici: in quibus non est intellectus. Quē imitatus aplus ea, que ab hoc
Mundo raptus in tertium intellectile cælū uidit) dicit reuelari nō licere:
qm̄ ubi non capitur ueritas, ibi non solū nō fert fructū uitę: sed ulipedit:
et mortē inducit. Vn̄ Dionisius Ariopagita libro de diuinis no. ca. p.º ait.
Oportet te inter prophanos nō eloqui: aut efferr̄ diuina. Et in libro de mis-
tica Theologia ait. Hec aūt caue nē quis prophanus audiat. Quibus oc-
cultanda diuina censebat pp̄ iudicii defectū: excessū ue superbię. Ne
.s. falsas, uanasqꝫ opiniones inde concipiant: uel res ueneratione dignas de
rideant. Quibus suffragantur q̄ in primo ca. de Ecclīastica Hierarchia scri-
bit: et que in Epl̄a noua. Ante quē plato in Epl̄a. 7. de diuinis nō mō nō
debe͛ scribe͛, sed nec posse asseuerat. d. Nec de ipis scripsi unq̄: neqꝫ
scribā: Id naqꝫ ullo pacto uerbis exprimi pōt q̄ꝫ admodū cęterę disciplinę.
Sed in Theteto ab diuinoꝝ auditione prophanos arcens ait. Diligenter
caue nē quis prophanus hec audiat. In Epl̄a aūt 2.ª ait. Dicendū est
igitur nūc tibi per enigmata queda: ut si quid huic tabellę uel mari
uel terra contingat, qui eā legerit, intelligi nō ualeat. Et infra. Caue
attn̄ inquit, nē excidant hec unqꝫ in aures hominū disciplinę, eruditio
nisqꝫ expertiū. Nulla sūt (ut mea fert opinio) quę dicta ad populū
magis ridicula uideantur: neqꝫ quę apud ingenuos prolata magis mira
bilia, et diuina. Et infra. Maxima uero huius rei custodia est, nihil
scribe͛: sed adiscere. Nā quę scribuntur: contineri non pn̄t. Ista de
cā nil ego de iis scripsi unq̄ neqꝫ ē platonis opus perscriptū aliqd:
neqꝫ erit: Quę aūt modo dicuntur, Socratis sunt: qui uir dū Iuuenis
eēt, uirtute claruit. Vale et nobis crede: Atqꝫ hanc Epl̄am, cū sę-
pius eā legeris, s̄tatī combure. hactenus plato. Dicamus itaqꝫ
decenter platonē dialetico tegmine diuina hic texuisse, qd̄ eorꝫ
dignitas exigat: ut ex mete in mete uerbis potius q̄ scribendo

in exteriores materias traducantur. Etenim qui in plebe sunt infimi hec tanq͂ monstruosa riderent. Et qui paulo in plebe superiores sunt, iis auditis uel in falsã heresim inciderent: uel obleuã quãdã altiorẽ rerum opinionem, uani sup modũ, contentiosiq; euaderent. Didicit aũt hoc ex iudeis à quibus hauserat misticũ diuine legis sensũ ab ipo deo per Moisem nõ tã litteris traditũ, q͂ animis cõmendatũ. Que res ex libris Esdre clare colligitur. Quapp lr̃e platonis inherẽdum non est: sed sensui: nã cortex non nutrit, sed medulla. Et lr̃a animam occidit ignorantie morte: quã sp̃s recta intelligentiã uiuificat: que ligatis mẽtib per autoritatẽ inueterate consuetudinis denegatur. Cuius uis tãta ẽ ut facilius vita multorum euellatur q͂ consuetudo. Ut igitur huic disceptationi uela complicemus dicendũ ex uerbis Socratis parmenidis atq; Zenonis colligi librũ huc non eẽ simpliciter logicũ: sed inter dogmaticos enumerandũ. Ait n. ca. x. huius libri Zeno subridens. Ipm o Socrates oremus parmenidẽ: neq; n. leue quiddã ẽ, qd ait. An nõ uides q͂tũ sit negotiũ quod iubes? et paulũ infra ait parmenides. Ego mihi admodũ trepidarẽ uideor, cũ cogito quo pacto possim iã grandis natu tã profundum disserendi pelagus transnatarẽ. quibus patet hoc opus grande pelagusq; profundũ non tã propter ipam dyalecticã siue logicã dialogi formã, q͂ propter subiectã huic materiã plurimũ Theologicã appellatũ. Alioqui minime decuisset tã magnificis uerbis totiens hic prefari. Neq; rursus deceret pythagoricũ senem nugã logicã pertractare. quo aũt mõ intelligendũ sit, qd iuuenis hic mirãdũ dũ eẽt attulit, Ibidẽ dilucidabitur. qui utinam disputationes hasce discursionesq; omnes diligenter considerasset, an q; confidenter tangeret preceptorẽ: ac tã secure contra platonicorum omnium sententiã diuulgaret diuinum parmenidẽ simpliciter eẽ logicũ. Sed de hoc alias.

ANNOTATIONES IN PARMENIDEM PLATONIS EX PLVTARCHO, SIRIANO, PROCLO, MARSILIO, ET ALIIS DECERPTĘ, PER R.VM. SACRĘ THEOLOGIĘ DOCTOREM FRA. AMBROSIVM AVGVSTINIANĘ FAMILIĘ EREMITAM ATQ. EPISCOPVM LAMOCEN. ET SVFFRAGANEVM MANTVANVM EDITAE

Parmenides de uno rerum omnium principio.

CEPHALVS: ADIMANTVS: ANTIPHON: GLAVCON PYTHODORVS: SOCRATES: ZENON: PARMENIDES.

Caput primum de dispositione occasioneq; ad dialogum.

CVm domo, e, Clazomenis Athenas prouecti essemus:
iuxta foru adimantu et Glauconem offendimus. Et ma-
nu mea prehendens Adimantus, salue inquit, o Cephale:
et si quo indiges, qd nostre facultatis sit, iube. At ego inq ad id
ueni: in quo uestra opera indigebo. Expone inquit qd sit, quo indi-
ges. Tum ego: Fri uestro germano qd nome erat? Non.n.memini.
Erat.n. ferme puer quando huc e clazomenis accessi. Longu uo inter
cessit temporis internallu. Patri tn eius Pyrilampes nomen fuisse
arbitror. Prorsus inquit. Ipsi uo nome Antiphon. Sed quid potis
simum queris? Isti inq concives mei ardentes sunt sapientie amatores:
audieruntq hunc antiphonem die pythodoro Zenonis socio familiariter
usu: rones (quas quonda Socrates, Zenon atq Parmenides inuice pertrac
tarunt) cu a pythodoro frequentius accepisset: memoria retinere. Vera
inquit dicis. Has itaq audire desideramus: Haud difficile id est: na
du eet adolescentulus, eas diligentius meditabat. Nunc uero apud auum

(cui idem est nomen) circa rem equestrē ut plurimum uersatur. Ceterum si opus est, ad eū proficiscamur. Nuper enim hinc domū abijt: habitat aūt prope in melita. Cū hec dicta fuissent, accessimus domū. inuenimus Antiphonē frenū quoddā aptandū fabro tradentem: Postq̄ uero a fabro .s. discessit, et frēs nostri aduentus causā retulerūt: agnouit me ex p̄ori illuc accessu: et congratulatus est: Nobis aūt orantibus ut disputationē illā referret, primo quidē recusabat: eē enim operā nō mediocrem; deinde tamē exposuit. Dixit ergo Antiphon pythodorū enarrasse, Zenonem atq; parmenidē uenisse quondā ad magnorū panatheneorū celebritatē: et parmenidē iā senē fuisse atq; canū, aspectu decorū, annos ferme quinq; et sexaginta aetatis agentem. Zenonē uō annos prope quadraginta natū: procero insuper et grato corporis habitu: parmenidisq; familiarē. Diuertisse aūt illos ait apud pythodorū extra menia in ceramico: quo et aduentasse socratē, aliosq; cum socrate plurimos: scripta Zenonis audirē cupientes: Nam tūc primū ab illis in eā urbē inuecta: socratē uō eo tempore admodū iuuenem extitisse: legisse aūt illis Zenonē ipsum: parmenidē enim forte extra domū fuisse: Ac parū superfuisse legendum; quando se intrasse domū una cū parmenide et Aristotele (qui de triginta viris unus fuit) pythodorus aiebat: Unde pauca que legenda restabāt audisse: Verūtamē a Zenone prius omnia percepisse. Annotationes.

Ostq̄ in Platonis Parmenidē nuper incidimus, et pleraq; nobis scitu digna ingesserunt se: inde spicilegiū fecimus: ne nobis tm̄ et musis (qd̄ dr̄) incineremus: atq; hisce nr̄is cōmentationibus librū hunc conspersimus: ut quisq; exigit locus. Huc igitur illud enotamus: libro huic (ut pote de diuinis diuine admodū disserenti) nōnullos theomiminum dentem infigisse: q̄ nō nisi oīnas, diuisiones q; doceat, solāq; dialeticā contineat absq; methaphisico, aut phisico sensu: ut quidā ante proclū scripserunt. Contra quos et nos in digressione prefata diximus: et proclus ipe in Theologia inquit, nō ulterius pugnandū sibi fore. Jā enim a platonica familia fuisse deuictos. Sūt qui uictori frigidā mihi

dant aquā, qđ et malus fuerit, et (ut ait Dicearchus) extra rōnis modulū, extra doctrinę normā docuerit. Jmo extra prudentię perscriptū amoris habenas laxarit. Sūt qui maledicentię, dicacitatisq; illū notā velint inustā. Qn̄ et Gorgias, cū in dialogū sibi cognomen incidisset, ad familiares conuersus dixisse fertur. Quā bn̄ plato nouit proscinder! Mitto que Antisthenes uirulenti in eū lingua effuderit. Nā uirtuti, honestati, rebus diuinis prefigi meta nulla pōt. Terminos ipa nesciunt. Nullis circūscribuntur pomerijs. quo progrediar amplius: eo cumulatior inde promicat platonis nitor: et perfectio plausibilior. Quā primo plato concipit: et mox geniosiore foetura ex feracissimo promit ingenio. E cuius fontibus Ambrosia iucundiore manantibus nil foedū, nil sese prefert non illustr: nō magnificū. Et qđ nō sapiat pythagoreorum uetus Symbolū Todion. Nā (ut uix Theognis) e squilla non prouenit rosa: non itē hyacintus: ita ex platonis museis nil oīo profluit, qđ nenias redoleat hibericas. Grauia omnia: sublimia: nitida: sed quę delium sępe requirant natatorem. Dixerā in principio, et iterz dico, non eē platonis uerba attendenda sed sensus: qn̄ quidem (ut ait Dionisius ariopagita) temerarij hōis est, nō uī rei attendere: sed uim facer uellē uocabulis. Solent enī philosophastri qdā de nominibus altercari: qui non diuinos platonis sensus exquirunt. sed sonos uerborz sequuntur: et aurīū tenus ea recipiunt: que mente, uoluntate recta, pioq; iudicio debuisset. Quid ǧ miri si librz hunc carpunt, ipmq; simplr logicū arbitrantur. Si platonicā hanc amenitatē, doctrinē maiestatē, et diuinitatē indibno afficiunt. E quidē nō ibis inficias rapi nos interdū transuersos huius doctrinę sublimitatē simul et secretiore rerz dignarz cura. Sapit enī doctrina hec diuinū ideā. qđ afflata mens uix dilectione diuelli pōt. Mitto (qđ admirari nō uacat satis) christiane ueritati sanguine diuino seruatoris prepotentis sancitę uestigijs platonicae doctrinę amplitudo, atq; maiestas innixa: coniunctim ita ut ē: ut similitudo maior cogitari magnopr nulla

possit. At q. hic liber merito diuinus appellandus sit. nō solū ex cunctis probatissimis platonicis probari pōt: sed et ex dionis. Ariop. confirmari queit. Qui in libro de mistica Theologª. omnia de ipso deo affirmat et pariter negat. Nemo itaq; suspicari debet Parmenidem ipm seniorem ac longe diuiniorē introductū a platone fuisse. quasi contentiosis redargutionibus incūbentē: logicū (leuē) institutiq; ludentes. Sed quid? Nūquid cū Siriano et proclo dicendū in singulis uerbis singula latere misteria: et quot sunt clausulę, ferme totidē esse numina? Nequaquā: sed mediā sententiam tm̄ saltē Theologię subeē putandū: quātū admittit artificiū (ut communiter dr̄) dialeticū. Ideoq; nō ubiq; oīo continuatas, sed q̄nq; diuulsas de diuinis mēē sententias. Diuiditur hic dialogus in partes duas p̄mēnas. Quarū ydª. in suppōnes nouē: que in 31. capitibus continent̄. Prima uō in ca. xj. In quorū primo nos ad dialogū preparat. Sed q̄m de quibusdā hic nominibus mentio fit, insistamus paulisper, dicētes hanc fuisse platonis geneologiā. Fuit. n. Plato, ut Laertius scribit (lº. tertio) Aristone p̄re; et peritione m̄re natus: cui frēs fuer̄ ex eisdē parentibus Glauco, et Adimanto. Uerū p̄re mortuo, et Pyrilampide uiro m̄re nupta Antiphō est genitus. Clazomene autē Ciuitas est in confinibus Aeolię, et Ionię. Hanc nōnulli sub lidia posuerunt. Dicta est aūt Ionia (ut scribit Uitruuius iiij. de Architectura) a Ionio duce: a quo et Clazomene fundamenta sumpsit. Melita est insula in mari siculo haud longe a Sicilia: periculoso tn̄ disiuncta mari (ut ait Plinius lº. 3º. et Cicero lº. 6. Verrinarū. Ubi oppidū erat: in quo phanū Iunonis cunctis celebre colebatur. Uerū hic pro Ciuitate sumitur: que in Ionia regione ab eodē duce edificata fuit. Panetenea deniq; festa fuer̄ Minervę dicata: que q̄nquatria dicebantur. Dicuntur aūt Panathenea quasi communis celebritas: ubi gymnici ludi fiebant in honorē Mineruę: quos Primus Theseus Athenis instituit author Plutarcho. Ergo Cephalus

diger' d[illegible] cogitationem ipius. Et Aristoteles quidē profunditatē ipius sapię subinnuere uidet' cu' dicit. Parmenides aūt uisus est aliquo respuer'. Et ij quidē interdu' complentes q̄d relictu' erat. Interdu' quod dictu' obscur' fuerat declarantes. Interdu' ea, quę de rebus intellectibus dicta erant: ut pot' quę nequirent physicis aptari discernentes: ueluti in ijs cu' dicerent unu' ens et immobile. Hactenus simplicius. qui cu' aliq̄ tulu' processisset, dixit. Constituit aūt Alexander in ijs, quę ad ueritatē pertinent. sicuti est de ente intellectibili Parmenidem unu' ens eē et immobile et ingenitu' dicere Cu' aūt secundum multorꝝ opinionē, et ea, quę apparent, physice loquitur: neq3 unu' dicit amplius eē ens: neq3 ingenitu'. Principia siquidē eorꝝ, quę fiunt, posuit ignē et terrā. Hanc etenim terrā taq̄ mam sustituens. Ignē uo ueluti cām agentē. Et noīa inqt ignē, lucē: Terrā uo tenebras. Hec ille: illustri dno Jo. Fr. Miran. dno interprete. Quod aūt ita sit prout rettulit Simplicius. Bessario Car^us^ et priarcha Constantinopolitanus li^o^. 2^o^ cont^a^ calumniatorē platonis carminibus parmenidis patefecit. quibus parmenides ipm unu' non solu' infinitu' sed et ingenitu' et incorruptibile' appellat. Ait. n.

= Ingenitum qm est: sit et immortale' necesse:
V ingenitum: immotu': immersu': sine fine perenne':
Q uod nec erat: nec erit: totu' nunc eē fatendu' est.
V num: continuu': nā quē eius dixeris ortum?
A ut quo tandē? aut undē? nec ex nō ente putandu' est.
N ec dici opere pōt: nra nec mente reuolui,
Q uod nihil est: Namq̄d post ipm fecit oriri.
A ut prius? entis. n. non sunt primordia primi.
N ūq̄ ergo, aut semper, de q̄ nūc dicimus, ens est.
E x nihiloq nihil fieri sententia prestat.
E rgo ortus nullus: nec erit post secula finis. Hec parmenides: quibus statuit ipm ens esse unu', eē ingenitu', incorruptibile': infinitum: im

mobile. Mellissus uero idem infinitum asseruit: argumento quod eius substantia immensa est: et uirtus infinita. Ingenitum etiam eadem ratione dixit. Est autem ratio hec. Cum igitur inquit non genitum sit: semper et erat: et est: et erit: nec principium habet: aut finem: sed infinitum omnino est. Nam si genitum esset: principium certe haberet: incepisset enim aliquando gigni: finem et haberet: desineret et aliquando esse. Cum itaque nec inceperit: nec desierit: semperque fuerit: futurumque sit: sequitur ut neque principium habeat: neque finem: proindeque infinitum sit. Atque ita Mellissus quoniam ipsum ens caret temporis principio atque fine: semperque est: infinitum esse asseueravit; quod et parmenides carminibus predictis confirmavit. Quibus Aristotelis calumnia manifestatur: qui in parte 1a 23. Mellissum in sua argumentatione peccasse 2m argumenti formam uolens ostendere ait. Quod quidem igitur paralogisat Mellissus manifestum est. Opinatur enim accipere: si quod factum est, habet principium omne: quoniam et quod non factum est, non habet. Deinde et hoc inconveniens omnis esse principium rei et non temporis: et generationis non simpliciter: sed alterationis: quasi non fieret ulla mutatio simul. Quibus putat se rationem Mellissi improbabilem reddidisse. Sed o, Aristoteles nonne aduertis te sic refellendo positionem Melissi duplici fallacia laborare? Etenim id omne quod tertio modo sumit vel summatim desumunt tu ac si dictione hac 2o modo, hoc est congregatim uterentur uel distributiua esset, argumentaris. Ex quo illud proculdubio nascitur quod instantia de alteratione subita, ut uerbo et sententia Averrois utar in 2o commento, et in 6. physicorum commento 5?) puerilis est, et non ad propositum. Sermo enim est non de uno quoque ente: sed de ipso, quod est omne ens, et rerum omnium principio, quod ipsum omne appellatur. Tua itaque potius ratio et non illa Melissi duplici errore labitur. Siquidem infinitum in tempore propria sua discriptione id dicitur, quod temporis terminis caret. Meretur ut et ipse talionem patiatur: qui hos philosophos a naturalibus in parte 1a 6a discernens, eos naturalibus fundamentis insectatur. Ait enim ibi. Necesse est aut unum principium esse aut plura. Et si unum

aut immobile, ut Parmenides aut et Melissus: aut mobile ut physicis placet. Qua si dicat Parmenidē et Melissū inter physicos minime enumerandos. Et rursus ad extremū part.[ia] 31. Q. quidē igitur sic unū eē, qd est, impossibile sit, manifestū est. Et statī partā 32. Sicut aūt physici dnt duo modi sunt etc. quibus uerbis eos a physicis discernit. Qui re uera erant in hac positione nō physici sed methaphysici qui non de principijs physicis. hoc ē. de nālibus: sed de supernālibus. sed de diuinis. sed de intelligibilibus disserebant. Nā qd methaphysica: nisi supramundana et supnālis scia ē? Quę res si ita se habet, ut reuera se hī: cur in eos tāq in physicos inuehit? Qua .n. rōne ut eos reprehendat, q de rebus agunt omnis motū citat part.[ia] xi et dicit. Nobis aūt subijciāt quę sunt nā, aut oīa, aut q̄dā moueri. Si .n. si unū hoc est et immobile qd ē considerar nō ē de nā considerar ut idē ait part.[la] 8. cur motum manus admouet? An forte ut eos repelleret? Sed si de principijs naturalibus minime disserebant: cur eos tāq si de nālibus disseruissent, reprehendit? Dices: induebat Aristoteles hītum Methaphysici: de principijs hīi disserebat. Quid tū? An propterea confunder facultates debebat: et adscriber physicis qd Methaphysicorum erat? Cū tū ipi de utraq facultate, sed diuersis in locis disseruissent. Amplius nōne Aristoteles in methaphysicorum libro 12. ipm unū dicit, et immobile, et eternū? Vituperari et id in Aristotele et iur pōt. qd dixerit ad melissū dicentem ipm unum eē infinitū sequi et eē oīa unū: putans oē infinitum in quantitate consister. patet part.[la] 15. Atq et parmenides ibidem ubi ipm unū infinitū appellauerat, mox finitū ijs uersibus nuncupat dicens.

Est et idem: per seq manens ens semper eodem.
Immotū, fixumq simul: uis magna necessi.
Implicat hoc circū, summo quoq fine coercet.
Quod si fine uacet: nequaq dicimus esse
Si quid nāq deest: opus est ens omnē deesse. In primo carmine

morem secutus uulgatiorem: Et quia que manent nequaquam moueri perspicuum est: idcirco cum ens ipsum immobile uellet significare: manere dixit. Amplius si ens ipsum est, nec non ens: nihil desiderat: nulloque eget. Nullo autem egens perfectum est. Perfectum quod est, finem habet. Non itaque infinitum est. Quod enim finem habet: terminum, atque exitum habeat necesse est. Annotatione dignum ipsum ens dici a parmenide et finitum: quoniam cum omnibus sit prius, terminum illis et finitudinem imprimit. Est enim idea rerum finitarum creandarum representans. Unde terminus in philebo uocatur. Ad hec infinitum si priuationem signat, de ipso uno nequaquam dicitur. Est enim infinitum hoc modo desumptum perfectionis indigenum, et ideo imperfectum: ut potentia quod congruenti uacet fine. Quemodo infinitam primam materiam dixerunt nonnulli: hoc est debita forma et termino naturali carentem. Hinc Theologi deum (cuius uirtutis, et potestatis nullus terminus, nullus limes, nullusque finis est) negatiue dixerunt infinitum. Cum igitur infinitum priuatiue sumptum (quemadmodum et in quantitate considerari potest) imperfectum sit: idcirco parmenides ipsum unum noluit infinitum haberi. Melissus uero infinitum cepit alia ratione, qua id videlicet nominis excellentiam et supereminentiam uirtutis, et potestatis indicat. Quo pacto, et posteriores dicunt infinitum negatiue: idest nullo fine, nullo comprensum limite: quomodo non moli: sed potestati et uirtuti preberi solet infinitas. Quod quidem infinitum ad Methaphysicum spectare certe scimus. Nulla ergo in eorum sententijs controuersia fuit, ut putauerat Aristoteles. Quod uero parmenides de ente intelligibili abstracto ab omni materia, et primo, uero que ente loquutus fuerit, carmine alio indicat. Postquam enim talia premiserat, mox subdit.

Hactenus: et ueri mentem intemerataque uerba
Hinc res mortales: carmen quoque sumito fallax.

Ueram sententiam, et rationem usumque sermonis intemeratum hic appellat eum: quem de ente intelligibili habemus. Sensus autem et opiniones mortales: et sermonem fallacem rebus naturalibus tribuit. Non quod mentis intelligibilis et considerationi falli, decipique homo possit: sed quia ens ipsum sua natura

est certissime, firmissimeq; rōnis. Res aūt nāes qm̄ sub sensū cadunt:
et fluxe, atq; mutabiles sunt: opinioni potius comprendi, q̄ scīa dixr.
Scīa enim est cognitio certa, et immutabilis: quā rōe in rebus (que sēsibus
percipiuntur) non possumus: sed decipi: falli, errare, ut parmenides inquit)
necesse est: quemadmodo et plato in Timeo ca. 6. ea (que semp sūt, nec
unq̄ gignunt, mente īquit pcipi posse, ac certa rōe cognosci. Contra
uo que semper gignuntur nec unq̄ sunt: hec opinione cū sensu rōnis
ex parte in sequentibus comprehendi. que quidem carmina, et alia para
cū recitasset Simplicius subintulit interptē eodē pro Jo. Gr. Sed hec
quidē ob eā (que nunc muta est) ueterū lrāx ignoratione dilatarē ogor.
Illur aūt unum dicentes ens et immobile dicebāt: siquidē ni de physicis
disputabat. Simul eñ induceretur et locus. Etenī physicus erat mo
tus. Id aūt diversū ab eo qd motū est. Sedenim parmenides de intel
lectili ente uere locutus est. Hec Simplicius et multo alia plura. Qui
nō contra hoc, ut pote nō nāle: sed contra id qd ad nām pertinet, repre
bat Aristoteles dubitarē inter initia physicorū. Nā neq; falsa assumebat
Parmenides atq; Melissus, ut ipse particula 22. calumniabat Aristoteles:
neq, discursu errabant: alioqui forme silogistice rōnes hēri quid opus
ē cū carmina promittur? Debuit et aduertere Aristotēs particula 23.
nō omnibus in rebus oportere eos dānarē: qui ab inexistentis propositiōis
sublatione sublatū iri uolunt consequētē, atq; cōnexā. Alioqui quo
pacto defenderetur Aristoteles in primo de aīa libro particula 13. qui
perempto assumpto pmo id qd inde peperit perimeri uoluit? Num
Themistius falli ab impossibilibus et contingentibus docet? Et Egi.
Romanus in reciprocis et iis que convertuntur pariter euenirē scribit?
Reciprocari aūt et converti in rebus infinitis predicationes eas, illi quoq
putauerunt. Hinc illa accusatio tollit, qua utunt quidā, cauisse Ari
stotelē contendentes ne uerbis improprie, et per translationē poitis lectores
hallucinati deciperentur. Cur ipso id nō effecit, qd post Galenus
cū de Xenophane preceptore Parmenidis disseruit, in hystoria phisica?

Cū enim.

Cum enim docuit de omnibus rebus quidē ambiger: hac una ex cepta q. d. doceret unum omnia esse. et hoc esse deū. Exponer itaq bom uiri mor. q3 longo progressu confutar, in eaq in uehēr debuisset: si talia erant, ut per se quidē uera haberentur. Defendit hec quoq, Nicolaus Cusa in libro de filiatione dei: cū de uno, et mō unius subtilis sime disputat: docetq3 unū eē, qd in omnibus ē oīa: quę idipsm mō suo participant. Sed ad ea que parmenides affert principia rerū nālium descendamus. Hic. n. in libro de opinabili rone. de elementis rerū trac tans p. oppositionē suo uersu flamā et nocte appellat: qī lumē et tene bras. Rarū et et densum; aut leue et graue; aut idē et diuersum. et omnia opposita dicit: que proculdubio ad priuationē et habitū referunt. Hec formē aut n. nomē ignorar uidetur: q. q. uocabuli diuerticulo utit uel carminis grā: uel ut superiorū philosophorū consuetudinē seruaret: nisi qd reor illū et uersu philosophię precepta tradiderit. In uersibus aut translatio sepe uocabulorū concedi solet. Ita. n. scriber uetustiores illi solebat. Et primū pherecidē soluta orone usum legimus. Verū animad uertit. que duobus superioribus uersibus addidit parmenides.

Principio duplicem statuerunt dicer formam:
Altera, sed minus est tali cognomine digna:
Quod simulans uerū: fallit mortalia corda:
Has contra aduerso posuerunt ordine metas:
Hic summā ætheream: statuunt: raraq3: leueq,
Ipsa sui similis, semperq3 sibi undiq3 constat:
Illic obscurā, aduersantemq, undiq noctem:
In compta: humidam: gelidā: densamq3: graueq:

Hec de principijs nālibus refert parmenides. Ens aut illud intelligibile et uer ac proprie ens, qd unū nō solū ens, sed et uetustiores phi et po munt et nominant; qn unū soluq3 opinat, nō sine cā immobile affir mat. d.

Immotum ualidis iniecta in finibus arcet

Vnicula: principijq; expers: finisq; futuri.
Hinc etem longe finisq;, ortusq; recedunt:
Vera fides hęc est. nec hoc qui credit aberrat. Et eam qr immobile sit reddens ea dicit, quę simul et finitu et immobile eē demonstrant. Ait. n. ut in superioribus retulimus.
Immotu fixuq; manet uis magna necessi.
Implicat hoc circu: sumo quoq; fine coercet. Et que sequuntur. Ita eni existimat: cu nō ens. i. mā. omnibus careat, cuius grā mouetur, neccio sequi: ut ens immobile sit. quod aut mouetur ea re careat (cuius grā mouetur) neccio sequi: ut ens immobile sit, qd Melisso quoq; placer ur: cu ec medio (qd nihil uacuu, atq; inane sit) immobilitate entis conatur demonstrar. Eius uerba hęc sunt. Hec uacuu ullu est: quippe uacuu nihil est. Ergo qd nihil est, eē nō pōt: nec uero moueri ens pōt. quo enim fieri posset: cu nihil sit prętr ens ipm? Na si uacuu foret quicq;: iretur ad uacuu. Sed quoniam nihil est, qd uacuu dr: iō uno ente omnia complent: et quo ens ipm mouer queat nihil est (cu plenu sit) nihil ē. Qui et cu nullo oio motu ens mutabile omne ostenderet: Vnu inquit et idē sibi semper simile est. quod aut simile h°. modo est: nūq; uel perir, uel augeri; uel dolere, uel alia huiusmodi mutatione affici pōt. Na si quo huiusmodi motu afficeret: eē nō posset: quod enim motu quouis mouetur: id de altero in alteru mutari necesse est. At nihil ē preter ens ipm. Ergo ens ipm immobile ē. Hec viri illi philosophi ac talia dixer: quos Aristoteles part.^la x. et xxiiij. falsa sensisse: nec rōne quicq; scripsisse criminat. Sed magis inquit part.^la x. Melissi rō importuna est: et nulla dubitatione hēt. Qui an uera excarauerit (ut phm decet) facile ex ijs iudicari poterit. Disserunt. n. isti de ipo ente intelligibili simpliciter: et de ipa forma prima in mali, intelligibili, ęterna, que oēm phici considerationem excedit. Sentiuntq; ea, quę nemo theologus negar auderet. Et ea probant argumetis debita forma dispositis. Verum

